Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



55 91

humorem mittit radices suas: et non timebit cum
venerit estus: et erit folium eius viride et in tempore sic
citatis non erit sollicitum nec aliquando desinet
facere fructum. Prauum est cor hominis et inscru
tabile: quis cognoscet illud? Ego dominus scru
tans cor et probans renes. qui do unicuique secun
dum viam suam et iuxta fructum adinventionum
suarum. dicit dnus ops. Vers. Propitius esto domine peccatis
nris ne quando dicant gentes vbi est deus eorum. Adiuua
nos deus salutaris nr. et pp̃ honorem nominis tui dne libera nos
In illo tempore. Dixit ihus turbis iudeorum. non possum ego a meipso facere
quicquam. sicut audio sic iudico: et iudicium me
um iustum est. quia non quero voluntatem meam
sed voluntatem eius qui misit me. Si ego testimo
nium phibeo de me testimonium meum non est ver
dum est. Alius est qui testimonium phibet de me: et scio quia
verum est testimonium quod phibet de me. Vos
misistis ad iohannem et testimonium phibuit veri
tati. ego autem non ab homine testimonium accipio. sed
hec dico ut vos salui sitis. Ille erat lucerna ardens
et lucens. vos autem voluistis exultare ad horam in lumine
eius. Ego autem habeo testimonium maius iohan
ne. Opera enim que dedit mihi pr̃ ut perficiam ea
ipsa opera que ego facio. testimonium phibent de
me quia pr̃ me misit. Et qui misit me pr̃ ipse
testimonium phibuit de me. Neq; vocem eius au
distis unquam neq; speciem eius vidistis. et verbum
eius non habetis in vobis manens. quia quem misit
ille hunc vos non creditis. Scrutamini scripturas